Labor labiorum ipsorum operiet eos.) Hoc videtur satis in priore membro declaratum. *Labor labiorum* עמל *hhamal* שפתו, aut significat *difficultatem, quam sentiunt, qui simulate ac mendaciter loqui student* (*insimulationem* Paraphrastes vocat משיניות *malschinuth*) aut *laborem*, aut *pœnam debitam labiis nempe mendacibus & maledicis*. Denique *operiendi* verbum, sive *regendi*, quo utitur Psalterium vetus, & Augustinus, denotat gravitatem rei, ut aliis in Psalmis toties de *confusione a, iniquitate & impietate b, jejunio c: peccata etiam operiri ac tegi d*, est penitus tolli. Symmachus vertit, ὁ μὴ χρῶ τῷ κακῷ αὐτοῦ πνεύματι σκεπάσαι τὰ ἁμαρτήματα αὐτοῦ, *labor labiorum eorum operiat*, vel *comprehendat eos*. Recte Augustinus observavit laborem esse in mendacio. Quod cernitur maxime in infidelium ac hæreticorum doctrinis, qui superbi sunt, nihilque sciunt, sed languent, ut scribit Apostolus *e*, circa quæstiones & pugnas verborum λογομαχίας. Theodoretus etiam refert dixisse Porphyrium, quod perpetua esset apud ipsos logomachia: & verborum disceptatio; utpote qui in boni conjecturam humanis rationibus ducerentur: ut autem quod melius & certius est, assequerentur, semper sibi relinqueretur indagandum. *Non liberabit spiritus sapientiæ, quamvis benignus, maledicum, βλασφημον à labiis f*, quibus nempe aliis maledicit. Sed Gregorius *g*, agens contra impuros & simulatos, ait; dum falsitatem suam tueri conantur, duro cor labore fatigare: citato deinde præsenti loco, subdit. Qui enim, labor nempe labiorum, nunc implet, tunc operiet; quia cujus nunc animum per blandam iniquitudinem exerit, tunc per asperam retributionem premit. Profert præterea Jeremiam *h*, *Docuerunt linguas suas loqui mendacium: ut inique agerent, laboraverunt*. Nam qui amici esse veritatis, inquit, potuerunt sine labore, ut peccent, laborant; cumque vivere simpliciter renuunt, laboribus exigunt, ut moriantur. Dixerat etiam prius, quod tales, dum deprehendi metuunt, semper improbas defensiones quærunt, semper pavidis suspicionibus agitantur, quum nihil sit ad defendendū puritate tutius, nihil ad dicendū veritate facilius,

a Ps. 68. 8. Ps. 108. 19. 29
b Ps. 71. 6.
c Ps. 68. 11.
d Ps. 31. 1 Ps. 84. 3
e 1 Tim. 6. 4
f Sap. 1. 6 & 3 Par. prol. circa fin.
g Lib. 2 Moral. c. 12.
h cap. 9. 5

Vers. 11.) Cadent super eos carbones, in ignem dejicies illos, in miseriis non subsistent.

Effusi ejus

ALia impiorum pœna est, acerrimorum suppliciorum, quæ de cœlo immittentur iis à Deo, tamquam carbones ignigni, seu fulmina, & quidem in copia tanta, ut iis adobruantur, atq; sic in ignem ipsum dejici videantur, aut ignibus illis dejici, nec possint oppressi adeo multis gravibusq; miseriis erigere sese, attollere, subsistere; nequeant eas etiam tolerare, vel à se removere. Intelligit Saulis, aliorumve hostium excidium. Mystice autem pertinet hoc ad Ecclesiæ, Christiq; persecutores, æternis carbonū gehennæ miseriis puniendos, ac ingehennam ipsam, unde numquam surgant, dejiciendos; ita ut illa tormenta intoleranda tolerare semper cogantur, ac de uno transire ad aliud, absque spe liberationis. *Qui poterit habitare de vobis*, ait Esaias *i*, *cum igne devorante? quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis?* Quin & carbones decidentes super damnatos, accipiunt nonnulli ἐκ δαιμόνων, ac etiam ex damnatis, alios quasi ruentes super alios, cum facie fuliginosa, & *denigrata super carbones l*: gehennæ quoque adeo acres pœnas, quas ferre non possent, nisi Deus peculiari quadam ratione provideret. Augustinus explicat de pœna carbonum in hac vita, ut carbones nimirum accensi Sanctos designent, qui evaserunt lux in Domino, quum essent prius tenebræ quosdam vero accendant, nimirum bonos: aliquos, nempe malos; dejiciant; isti autem præimpatientia non subsistant, sed deficiant in miseriis præsentis vitæ, quas illi alii patienter ferunt. Idem reperit Augustinus in commentario Psalmi 119. *m* explicans quid sint *sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatoriis*. Ultimum vero placet etiam Gregorio *n*, exponenti de pusillanimitate percussorum, quæ opponitur insensibilitati, secundùm quam *percussi non dolent, attriti venuunt accipere disciplinam o*.

i cap. 33. 14
k Mar. 8. Alphons. & Sanctus. Arnob. Toren. 4. 8
m vers. 4
n 2 Moral. c. 16. vel 10
o Jerem. 5. 3
p Gen. 19. 25 Luc. 17. 29

Cadent super eos carbones.) Additur Chaldaicè, *de cœlo*. In translatione Hieron. & in Psalterio vetere, Romano, Ambrosiano, apudq; Hilarium, Augustinum, Prosperum, Arnobium, Cassiodorum, *carbones ignis*: cui lectioni favet Græcus textus, ut sequenti membro dicam. Allusio est ad ignem Sodomiticum *p*. Bruno exponens *carbones* de spiritualibus viris igne charitatis, & igne cognitionis accensis, ait, quod dicuntur casuri, idest, cum magno pondere sententiarum authenticarum suarum oppressuri & devicturi hæreticos, à similitudine ponderosæ rei desuper cadentis, quæ aliquem opprimit. Haimo, Hugo, Ayguanus ardores concupiscentiarum in carbonibus attendunt. Ultimus etiam infamiam, propter atrorem. Alibi, quid mysticè carbones valeant, dictum satis. Ceterum Trevetus monet, quamvis nullibi exprimant Scripturæ decidisse carbones in adversarios Davidis, seu fulgura & fulmina, nonnullos arbitrari hoc evenisse, quando *auditus est sonitus buccinæ gradientis in cacumine pyrorum, percussitque Dominus Philistæum de Gabaa usque Geth*. Narratur id in 2. Regum *q*, sed buccinæ mentio ibi non fit, & pro *Geth* est Gezer. Cajetanus explicat de combustis cadaveribus Saulis, & filiorum in Jabes *r*; ita ut super eos, juxta vim verbi, quod hic est, יקיתו *jamithu*, *movebunt se carbones*, seu *prunæ*, denotetur perfecta combustio. Sed expositio coactior, tametsi grata Placido Parmensi, qui vix umquam aliud, quam Cajetanus affert. Casus carbonum super alios, juxta editionem nostram, Quam Hebraizantes ac Hieron. sequuntur, designat motum è loco suo. Egressus ignis à Domino devoravit Nadab & Abiu filios Aaron *s*, & alios postea murmuratores *t*; sed & Ar, & habitatores Arnon *u*: ducentos quoq; quinquaginta *x*. Elias igne cœlesti consumsit quinquagenarios duos cum suis quinquaginta militibus *y*: & ignis Dei cadens de cœlo tactas oves, puerosque Job *z*: ut omittam cum, qui de cœlo quoque descendens devoravit holocaustum, & adipes super altare Moysis *a*; item qui holocausta & victimas Salomonis *b*; præterea in altari, quod excitaverat Elias, cum holocausto, *ligna, lapides, pulverem, aquam c*. Ut etiam nihil dicam de prodigiis prophanarum historiarum, seu de ignibus cœlestibus, qui multifariam orti, complurium adusserunt vestimenta, ut M. Messala, & C. Livio Cos. *d*. Non paucos item fulminatos memorant seu vere, seu falso, ut Semelen *e*, Æsculapium *f*, Macedon fœminam *g*, à qua Macedoniæ nomen, Salmoneum *b*, Phaetontā, Gigantas tot alios. Ob impietatem ac improbitatem hoc genere mortis periisse. Olympius Arianus Episcopus in Africa, dum in balneis sanctam Trinitatem blasphemaret, nempe ignito tripli jaculo cœlitus veniente, idque videntibus multis *i*: præterea hæreticus Imperator Anastasius K; Harto Moguntius Episcopus malæ famæ vir *l*. Fulmina vero tacta nefasta habita, Plinio *m*, Livio *n*, Obsequentibus *o* testibus,

q Reg. 18. 2

In ignem dejiciet eos.) Trevetus, Faber, Victorius ex Hieron. legunt, nec tendo sequentibus. *dejicies eos in foveas, ut non consurgant*: ita ut jungatur nomen *ignis* cum *carbonibus*, *cadent super eos carbones ignis*. Stephanus etiam Papa I. p. recitat, *cadent super eos carbones in igne*. In textu Græco Bibliorum Complutensium, Regiorum & aliorum, & apud Euthymium & Nicephorum extat, πεσοῦνται ἐπ' αὐτοὺς πυρκαϊὰ καὶ πῦρ, *cadent super eos carbones in igne*; idest ἀνθρακιὰ ignitæ ac valde inflammatæ: deinde, καταβαλεῖ αὐτοὺς εἰς πολλὰ ταφεῖα. καὶ ἡ μεσόπτωσις, *dejicies eos in miseriis, & non subsistant*, vel *subsistent*. Sed in emendatis Bibliis, πεσοῦνται ἐπ' αὐτοὺς ἀνθρακες πυρὸς καὶ θεῖον καὶ πνεῦμα καταιγίδων, ἐν πολλαπλασίοις αὐτοῖς, ἐν πολλαπλασίοις ἡμῖν ὑποστῶσιν αὐτά, *cadent super eos carbones ignis, in terra; & dejicies eos in miseriis, non subsistant*, aut *subsistent*. Legit etiam Augustinus, *decident, super eos carbones ignis in terra, & dejiciet eos*, &c. Hilarius, *cadent super eos carbones ignis, & dejicies eos*. In commentario autem, *super terram dejicies eos*. Vetus Psalterium, *decidens super eos carbones ignis, & dejicies eos*. Posset constitui retinendo *in terra* vel *terram*, hoc modo, *dejicies, ô Deus*, aut *dejiciet eos ignis carbonum*, vel etiam *Deus immittens carbones ignitos in terra*, seu *in terram*, Hebræa debent sic reddi, *cadent super eos carbones in igne*, idest, igniti: aut *cadent super eos carbones*, deinde *in ignem dejicies eos*. Sunt enim pro his ultimis vocabulis, פלם באש *baes lappilem*. Chaldaicè, *Cadent super illos carbones de cœlo: in ignem gehennæ præcipitet eos, in foveas scrobium, de quibus non resurgent ad vitam æternā*. Vel in textu & translatione Nebiensis, *cadent super illos carbones de cœlo in ignem, & gehennam præcipitabis eos, & in foveas illaqueationis cadent, & non resurgent ad vitam æternam*. Est item in Æthiopico Psalterio, *in terram, & dejicies eos*: ita ut nomen *ignis* cohereat cum *carbonibus*: & *dejiciendi* verbo, quod Hebraicè est personæ tertiæ, יפלם *jappil*, additum sit declarationis caussa, *in terram*: seu *in terram*: quod Apollinarius item expressit; volens optat ve dici, ut & carbones ignis cadant, & Deus dejiciat hostes, igne ex alto demisso;

Ἀνθρακιὰς ἀναμμένο πυρὸς μετ' αὐτῶν βάλοις
Ὑψόθεν ἀσσυρίῳ καθθανεῖσθαι σφίας ἐν χθονὶ πυρῷ
Carbones indefessi ignis super eos cadant,
Ex alto properante dejicias eos in terram ignæ.

Aquila vero *carbones ignis* explanans vertit, πτωμάτων αὐτοὺς, *cadere facies eos*. Theodotio, V. & VI. editio, καταβαλεῖ αὐτούς, *dejicies eos*. Symmachus, κατασκηνώσουσιν *dejiciantur*. Legerunt LXX. in secunda persona, תפלם *thappilem*, καταβαλεῖς αὐτούς, *dejicies eos*: & quod in correctis codicibus est cum conjunctione, καὶ καταβαλεῖς, si necatur cum ἐπὶ τῆς γῆς, quæ addita dixi. Hebræo textui, efficietur sensus *in terra, & dejicies eos, etiam in terra*, seu *in terram dejicies eos*. Quamquam sive hoc dicas, sive *cadent super eos carbones in terra, & dejicies eos in miseriis*: aut dicta conjunctione, *dejicies eos in miseriis*, sive *cadent super eos carbones ignis in terra, dejicies eos*: vel, & *dejicies eos, in miseriis non subsistent*, aut & *non subsistent*, sive *in miseriis non subsistent*: omnibus, inquam, istis modis idē fere sensus existit. At editionis nostræ sensus planus est, *in ignem dejicies eos, ô Deus*, idest, in carbones, de quibus priore membro, nimirum ignitos, dejicies eos, ut & cadāt carbones super eos, & ipsi cadant in eosdem, cooperti ab illi. Ut porro carbo de fulmine dicitur, igniq; illo meteorologico, sic *ignis* nomen de hujusmodi carbone & fulmine, ut *a Ignis grando, niveq; glacies, spiritus procellarum*: & *b, Dedit pluvias eorum grandinem, ignem comburentē in terra ipsorum*: & *c, Qui facit Angelos suos spiritus* (similes ventis) *& ministros suos flammam ignis*, (similes fulgetris & fulminibus;) de quo igne sub hoc eodem nomine liber Sapientiæ *d*, & Exodi: & talisque is fuit, qui de cœlo cadens, tactas oves, puerosque Job consumsit *f*. Attamen potest cum Paraphraste, aliisque, quos antea notavi, gehennæ perpetuus ignis hoc loco intelligi, saltem sensu mystico vel accommodatitio.

In miseriis non subsistent.) De varia Latinæ, Græcæq; editionis connexione, aut distinctione dictū prius, ut vel *dejici* dicantur *in miseriis*, vel *in ignem dejici*, & *in miseriis non subsistere*. Hieronymus, videtur primum sensum secutus vertens, *in foveam, ut non consurgant*, vel apud Trevetum, Fabrum, Victorium, *in foveas*, quod exigit plurale מחתרות *mahamaroth*, sed Victorius recitat: *cadunt super eos carbones ignis, dejicies eos in foveas, ut non consurgant*. In epistola quoq; Stephani Papæ Primi gest, *dejicies eos in foveas, ut non consurgant*. Juxta alios debet κάτω κεῖσθαι repeti, *in ignem dejices eos, dejicies in foveas*, &c. Quod Cajetanus ad Saulem restringens cum liberis, explicat methaphorice dictū de morte ac interitu, ex quo non licuerit exurgere, ordinem autem præposterum esse, quia prius descripta est combustio cadaverū in membro priore, ut ipse existimat. & deinde mors, Nomen מרסורות *mahamcvoth* reperitur hoc tantum loco; & R. kimhi, atq; R. Aben-Ezra docent significare locos demissos, & foveas profundas. Eadem voce utuntur Hebræorum doctores, ut dicant, *sepelivi ossa in fossis* Possunt eodem nomine significari *præcipitia* à מחר *mithar* litteris transpositis geminatisque. Sed primum melius, nempe à themate תמר *hamar*, & non à תרם *cherem sagena*, seu *vete*, ut Agellius tamen vult, quod scribitur per ת *chet*, non ח *he*. Quidam apud Chrysost. πτοηθῆναι εἰς βόθυνον, μὴ ποτε ἀναστῶσι, *cadentibus in foveas, ne quando resurgant*. Item alius, ἀσπουδάστως καὶ μὴ σὺν σπουδῇ, *propere, & non resurgant*. Symmachus, εἰς βοθύνους, ὅπως μὴ ποτε ἀναστῶσιν, *in foveas è quibus numquam resurgunt*. In psal. 67. *h*: status desperatus, desperabilisve miseria describitur per eos, *qui habitant in lapsebris. Non subsistere*, קים *Kum*, ὑποστῆναι *in miseriis*, vel *foveis miserandis*, est non posse inde surgere, seu exire, redire & existere. Quod de damnatis, & in æternas miserias foveasque gehennæ dejectis. Paraphrastes & alii intellexerunt. Ibi namq; nulla redemtio, & vis ibidem tormentorum tanta, ut sine peculiari Dei providentia non possit ea tolerans subsistere, maxime loquendo secundùm corpus, quod natura sua corruptibile est. Ipsimet angeli mali (juxta quorundam expositionem, & Genebrardi hoc loco, licet minus probabilem) *fortitudine & virtute quum sint majores, nō portant adversum se, exsecrabile judicium*). Quod autem in

a Ps. 5. 24. 25.
r 1 Reg. vii. 43
f Lev. 10. 2 num. 11. 1
s Psal. 77. 21
t num. 16. 28
x cap. 26. 10
y 4 Reg. 1. 10 12
z Job. 1. 16
a Lev. 9. 24
2 Mach. 2 10
b 2 Machab 10
c 3 Reg. 18
d cap. 16. 26. e cap 6. 24. f Job 1. 16
e Ovid. de Metamorph. Diod. l. 3. & 5 Nat. Comes 5 mytol. 6
f Plin. l. 29 c. 1. Virg. 7. Æneid.
g Ovid. 14 Ibini
h Virgil. 6. Æneid.
i Sigebert in Chron. k Idem, & Zonar. to. 3. & alii. l Jacobo Cranez in Metaphr. in c. 2. Ep. Ser. at. Metaphr. & alii. m lib. 24. c. 19
n lib. 2. & 3. & 16. prodig. 371. 83. 87.
p Epist. 2.

In Psalmum CXXXIX. Vers. 11. & 12. 583

Abonam partem quidam interpretantur præsentem locum antea monui; scilicet de his, qui convertantur, & resipiscant per carbones compunctionis, & ignem charitatis, atque ita in suis miseriis non subsistant, idest, non perseverent. Hoc pacto Cassiodorus, Bruno, Remigius, Pampolitanus, post Augustinum.

Vers. 12.) Vir linguosus non dirigetur in terra, virum injustum mala capient in interitu.

NOn de Doeg præcise, ut multi volunt, qui nempe David detulerat, & Abimelech apud Saulem *i*, sed universe de quolibet delatore atq; calumniatore, ac præterea detractore, adulatore, contentioso, mēdace, promto ad quidvis effutiendum, loquitur. Hunc ait cniciumodi fit, non prosperandum in terra, non firmas ullibi sedes fixurum, nullo firmū loco constituturum, ab hominibus ejiciendum, ex urbibus pellendum odio ab omnibus habendum. Simile affirmat de injusto, qui contra jus, fasq; alios persequitur eorum bonis, nomini, vitæ insidiatur; futurum videlicet, ut eum, tamquā feram, laquei capiant interitus, & *qui prædatur alios ipsemet prædetur k*. In psalmo 51. *m* qui *Doeg* in titulo gerit, glorianti in malitia, & iniquitate potenti, tota die injustitiam cogitanti, per linguam dolos facienti, diligenti malitiā super benignitatem, iniquitatem magis loqui, quam æquitatem, diligenti linguæ dolosæ omnia verba præcipitationis, comminatur Deus fore, ut destruat eum in finem, emigret de tabernaculo, evellat radicem de terra viventium. Hilarius refert, quæ hic dicuntur ad Judam proditorem, qui fero crimini sui scelere compertō, laqueo se vita & fide profugus suspendit, nihil directum habens, nihil simplex, nihil absolutum, linguosus semper, semper in verbis; ita ut de *multiloquio non effugeret peccatum n*; & ut dignum erat mala cum interitu cœperint, & amplius in Deum, in semet quoq; digus ultor exiterit; ac impius manserit. Adjungit Rickelius Judæ laqueo vitam finienti, Judæum omnem, qui Christum negat, & blasphemat in præsenti vita non directo nec ad salutem animæ, nec ad externam properitatem mancipium post hanc æterno interitu. Valentia extendit ad tyrannos & hæreticos. Bruno proprie de obstinatis hæreticis declarat: Hugo, sicut & nos, de quolibet alio: qui *velox est ad loquendū & de alio fultitia magis spe randa, quam correptio o*. Distinguit idem varias quasi formas viri linguosi, qui præceps est in loquendo, & velox *p*; qui postquam loqui cœperit, cohiberi nequit, nec *in loquendo spiritum suum cohibere, similis urbi patenti absque muro in ambitu q*; tandem qui ut *fultus, totum spiritum profert r*: qui æque loquitur, ac respondet de his, quæ novit, ut de his, quæ non novit, *s* qui in lingua, & lingua, seu *in duplici lingua, & ut* bilinguis *t*, atq; serpenti *u*, cui longior lingua pro pedibus, & aliis membris, quibus caret: item qui alium loquentem sustinere non potest, sed eum interrumpit, nec audit tacens *x*. Deinde notat ea, quæ maxime deceant silentium, & exigant: nimirum ætatem loquentis, ut *loquatur major natu y*, dignitatem, ut de seipso Job *z* testatur, quum loqueretur, principes cessasse loqui, digitumq; superpositisse ori suo: *verbum eruditionis, ne effundatur ubi non est auditus a*: qualitatem temporis, quia Sapiens observat aptum tempus, lascivus & imprudens non item *b*. Tandem de linguosi qualitatibus citat versus istos.

Sensus loci. k 1. Reg. 21. 7. & 22. 9.
l Esaiæ 33. 2 m vers. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7
n Prov. 10. 19
o Prov. 19. 20 Variæ formæ viri linguosi
p ibid. & Jacob. 1
q Prov. 25. 28. r cap. 29. 11.
s Eccles. 32. 4. t ib. v. 11. 27. u hic vers. 4.
x Eccl. 32. 9.
y ib. v. 5.
z cap. 29. 9.
a Eccl. 31. 6. b cap 20. 5.

Sit tibi linguosus vir quinque modis odiosus:
Præproperus, præceps, ignarus, fictilis, anceps.

Linguosi qualitates.

Eadem vere transcribit Græveus *c* & Palanterius. Sed ille, ea, quæ silentium exiguunt, applicat ad interius, quod est in claustro mentis, & erga Deum: erga Patrem, qui locutus est primum verbum, genarando, ejusq; servi fumus & loquitur nobis verbum eruditionis: erga Filium, quia est Verbum: erga Spiritum sanctum, qui apparuit in linguis igneis factoq; sono *d*. Richardus ab Ayguano citatus, eadem tradit, dicens audire nos, non loqui debere; quia sumus sub disciplina Verbi incarnati, quod semper auditum requirit: humanitatem vero tamquam linguam nobis non ignoram suscepit ut & Pater: qui tale loquitur Verbum, quod semper producit & generat, tandem Spiritus sanctus qui Verbum abbreviatem, quasi per glossa exposuit, idest, per *linguas igneas e*, & *Verbum claxificavit* f. Alia ratione persuadet silentium Augustinus,

c Serm. 3. 11.
d Act. 2. 2. 3

nus, quoniam ne docendi quidé causſa loqui optabile eſt, A cùm ſit melius, ut omnes ſciant, nemoq; doceat, nèpe prę-ter Deum, & ſint cuncti θεοδίδακτοι doctibiles Dei a, audientes unum illum, cui dicitur, *Auditui meo dabis gaudiũ & lætitiam b*, imitantes quoque Joannem, qui tamquam *amicus ſponſi, ſtabat & audiebat* c. Poſtremo admonet, ut gaudium taciturnitatis intus habeamus in voluntate; vocem doctrinę, in neceſſitate; ne ſi ſemper delectet loqui, & docere, ſemper velle videamur imperitos habere, quos doceamus, non autem ut omnes docti ſunt. Numquam; vel vix umquam, vel multo quidem magis raro, tacuiſſe, nocuit, quam eſſe locutum. Locuturo expedit ſuam linguam percontari γλῶσσα ποῦ πορεύῃ, πολυ ὀρθόδοξα, ἢ πάλιν διαβεβλημένη, *Lingua quo vadis? erectam civitatem, eamdem denuo ſubverſura*. Refert adagiorum auctor ex Diogeniano, Suida; Zenodoto. De Demade oratore ætate jam provecto falſe Antiparet dixit (ejus tamquam victimæ confectæ, nihil jam præter ventrem reſtare, & linguam *d*.) Ventrem addidit, quia craſſo & obeſo erat, ac ei fortaſſis etiam ac abdomini deditus, qui hoc loco per linguoſum ſimul intelligitur ab Ayguano, tametſi minus apte. Auctor ſermonum ad frattes in eremo e tractat hoc argumentum, reprehenditq; jocos in adoleſcentibus, in viris fraudes, detractiones in ſenibus. Plura nos alibi eadem de re.

Vir linguoſus.) Chaldaicè, *vir delator, linguæ triplici*, vel *tertia*. Hebraicè איש לשון *is la ſcun vir lingua*, ideſt, juxta conſuetã ejus idiomatis phraſin, *vir deditus & addictus linguæ, pronus & prorumtus ad loquendum*. Græcè dicitur γλωσσώδης, ab Apollinario λαυραγγης, *affluenter, præcipitanter, procaciter loquens ore pleno blateranſ, λαυρ ομαι*. Nicephorus appellat hoc loco ὑβριστὴν, ἰσχυρὸν ἐκῶν μορον. Latini nominant quoque *linguacem, lingulacem, linguaculam, & multereminguacam*, item *locuſulejum, verboſum, dicacem, blateronem, garrulum*. Geſlius diſputans, quod ad rem noſtram facit, quam importunum vitium, ſit futilis, inaniſque loquacitas, & quam mulris in locis à principibus utriuſque linguæ viris deteſtatione juſta culpata ſit; appellat iſtos leves, futiles, importunos locutores, quiq; nullo rerum pondere innixi, verbis humidis & laptantibus defluunt, & quorũ orationem bene exiſtimarum eſt in ore naſci, non in pectore. Dignus, qui perlegatur locus. Quam *linguam tertiam* Paraphraſtes dixit הלוחי *thelthai*: ab interprete etiam noſtro *tertia* quoq; vocatur in libro Eccleſiaſtici 3; Græcè δίστομος *duplex*. Alibi *bos bilingue*, vel *homo bilinguis*, aliis modis dicitur Hebraicè, Græcèq; & hæc quidem lingua dicitur nonnumquam δίλογος aut δίγλωσσος. Quæ nomina omnia indicant præſertim fictos, doloſos; duplices, murmurantes, detrahentes, calumniantes. Sed & linguoſum poſſumus nominare, qui totus veluti lingua eſt, ac oculis naſo fronte, ore, manibus, cubitis, pectibus colloquitur, naſo fronte, ore, manibus, cubitis, pectibus colloquitur, & maligne ſignificat alteri, quæ vult. Vel quoniam is, qui murmurat, adeo libere ac confidenter id facit, ac ſi nõ ſua unius, ſed plurium, ac pene omnium loqueretur lingua.

Non dirigetur in terra.) Ut proſperetur ac proficiatur, ait Trevetus: & quia Doeg, inquit Lyranus, quem hic vult intelligi, non reliquit filium ſuperſtitem. Chaldaicè *nequaquam poſſit dirigi in terra vitæ*: vel *nequaquam habitare poterit in terra viventium*. Id prius monui de Doeg pſalmo 51. h innui. *propterea Deo deſtruet te in finem, evellet te, emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viventium*. Dirigi κατευθύνεσθαι, & תנוּ *nachun*, ſignificant *pro perari, & feliciter ſuccedere, quæ agantur*, ut ſæpius vidimus, *res aliquas firmiter conſiſtere*. Euthymius & Nicephorus declarãt per κατευθύνεσθαι *non ſtabilitatur*. Alia apud Chryſoſtomum vertit ὀχυροβολήσει *non ſtabilietur*. Alia Latina Pſalteria, & Hilarius, Auguſtinus, Arnobius, Proſper, Caſſiodorus legunt, *ſuper terram*. Sed ſenſu eodem vim facit Hilarius in *dirigendi* verbo, ut à rectitudine dicitur, à qua linguoſus recedit. Recte Joannes Maxentius ſcripſit eum, qui de ſua falſitate conſcius eſt, licet nemo de eo queratur ſuſpicionũ tamen ſtimulis inquietari aſſidue. Quod ait Abacuc i; *Ecce qui in incredulus eſt, non erit erecta anima ejus in ſemetipſo*; ſignificat quod increduli anima, atq; ut Hebraicum ibi nomen ſonat, tenebrionis & ſuperbi, & vita non proſperabitur, nec ceſſibus utetur Secundis. *Suſurro coinquinat animam ſuam, & in omnibus odietur, & qui cum eo manſerit, odioſus erit* m; *qui autem odit loquacitatem, extinguit malitiam* n.

Virum injuſtum mala capient in interita.) Chaldaicè, *virum pravũ, & operatorem malorũ venetur angelus mortis, & detrudan eum in gehennam*. Quod Nebienſis per futuri temporis verba interpretatur. Symmachi translatio eſt παραυτίκα ἐπὶ ἀνδρα ἄγριόθυμον *iniquitates virũ venerabuntur*. In Pſalterio baſilicæ Vaticanæ, & in Ambroſiano, *in interitum*, in vetere Pſalterio, apudque Auguſt., *venabuntur in interitũ*. Venationem in interitum important Græca κατὰ διηνεκὲς εἰς διαφθοράν. Hebræa quoq; in quibus eſt רע *rabb*, numero ſingulari, ſed collective, & אש חמסו *is chamaſ ejus*, qui in Principio pſalmi אישׁ חמסים *is chamaſim*; ex ultimis vocabulis צדגו למרתבה *jet ſudenu lemad. chepboth* penultimum proprie valet, *venabuntur eum*, reddũdante pronomine: ſequens cum articulo continens nomen plurale, vertitur ab aliis, *ad expulſiones, præcipitationes, & præcipitia*. Ut iit ſimilitudo à feris, quæ dum ſibi metuunt à venatore, ſeſe præcipitant: ad eumdem modum impio, iniquo, violento, contigere, ut ſeſe induat ultro laqueis, ac proijciat in ruinam, Deo ipſum quaſi perſequente. Vel ſicut undique tenſis plagis, nullum feris effugium relinquitur: ita quantumvis improbi tergiverſentur, venatus eos malum in expulſione, ut elabi nequeant ex judicio Dei, & quo ſibi magis importunitatem promittunt, hoc in ruinam ſe magis præcipitant. Interitus ac mors recte per *expulſionẽ, & expulſiones* explicatur, quia in morte anima expellitur à corpore, homo à vita, improbus *in tenebras exteriores projicitur* o, *reque* ſeu *diſcedere* jubetur *in ignem æternum* p. Affinis in proverbiis q ſententia *Iniquitates ſuæ capiunt impiũ, παραυτίκα ἐπὶ ἀνδρα ἀγρίθυμον, virum venantur*) *& funibus peccatorum ſuorum conſtringitur*. Chryſoſt. perpendit in venatione, quod *innuat* vatii damnum, ſi non corrigatur, eſſe inevitabile, præterea, ut etſi cum injuſte te geras, non ſtatim incidas, non ideo ſis bono, & fidenti animo; tunc te in tuto futurum, magnaq; ſecuritate fruiturum, ſi ceſſa veris. Notat idem dici *ad interitum*, quia multi capiuntur ad ſalutem. Videlicet alludendo ad Apoſtolos, viroſque Apoſtolicos, qui vocantur piſcatores & venatores, ut Jeremiam r, ſenſu ſaltem myſtico, vel accommodatitio multi ſ accipiunt cùm litteraliter de Chaldæis capturis & abducturis Hebræos in captivitatem, loquatur. Conſiderat Auguſtinus quod mala, & res adverſæ venantur, capiuntque in interitum malos: cum bonos inveniant, capiant, venentur, ſed in bonum, ut Martyres, quos juxta Chriſti præceptum fugientes t, perſecutor comprehendit. Agellius, quod Chryſoſtomus retulit ad ea verba prioris verſus, *in miſertis non ſubſiſtent*, alium vertiſſe ἐσπουδασμένως celeriter, ſubito, putat huc pertinere, eſſeque pro לכורחה *lemadchebpoth*; ita ut Interpres ille legerit ל *le* pro לא *lo* negative, & tranſtulerit, ut ἐσπουδασμένος, *virum injuſtum mala capient non illico*: lento enim gradu divina ira procedit. Unde ſubdit idem Chryſoſtomus, quod ὁ παρὰ ποδὸς τῆς κακίας ἅπτεται τῆς τιμωρίας· ἢ ἐ βεβήλωσις improbitatẽ ſequitur ſupplicium, nempe ob Dei bonitatem, & quoniam alioqui magna ex parte ſublatum jam eſſet genus humanum. Refellit id merito noſter Bellarminus; quia dictum ſæpius nomen Hebræum non ſignificat *celeritatem*, ſed *expulſionem, introitum, ruinam*. Addo Chryſoſtomum de induſtria illud ἐσπουδασμένως eo loco recitaſſe, tamquam gloſſema volentis exprimere, quomodo impii in miſeriis non ſubſiſterent: earum enim tantam vim fore, ut ſtatim ea implicentur & obruantur. Occaſionem ſic opinandi Agellius non improbabilem habuit, nempe interpretando de celeritate, ut mala capiant virum injuſtum celeriter: quia verbum דחק *dachaph* vertit Hieronymus *feſtinare* u: eodemque pacto דחוף *nidchaph* x.

verſ. 13.) Cognovi, quia faciet Dominus judicium inopis & vindictam pauperum.

QUod de futura linguoſi ac injuſti pœna dixerat, ne quis ob dilationem, tarditatemque ambigeret, minuſque certum ſuſpicaretur, affirmat hoc ſibi plane certum & compertum eſſe, tum à teſtimoniis aliarum Scripturarum, quæ continent divinas comminationes & promiſſiones; tum ab exemplis & vetuſtioribus & recentioribus; tum à proprio experimento in ſemetipſo; tum à ratione, quæ perſuadet hæc omnino expectanda à Dei bonitate atque juſtitia, cum ejuſdem ſapientia, ſeu providentia, & infinita potentia; tum à peculiari revelatione. Ait ergo ſibi minime dubium eſſe, fore, ut Dominus tamquam verus, incorruptuſque Judex, cujuſvis inopis innocentiam cauſſam ſuſceperus ſit, eumq; defenſurus adverſus aliorũ injurias, etiaſi videantur iſti nunc ſceliciter agere, tuti ac ſecuri eſſe, nihil vereri, quilibet audere. Hoc dicens, ſenſum videlicet comprehendi vult & ſignificare, quod ſolet Deus in aliorum in opum, pauperumq; cauſſa facere, facturum etiam in ſua. Opponit Auguſt. in opem, egentem ve viro linguoſo; quoniam hic abundare vult, eſurire neſcit; ille pulſat, pertæſa, quærit eſuvit, ſitit b, præterea gemit inter ſcandala, precatur erui ab homine malo, & à viro iniquo, ut pſalmi principio vidimus. Hilarius tribuit hunc ſermonem Chriſto, qui ſecundùm hominem pauper fuit, & paupertavit ſe, (ſic ipſe loquitur,) ut nos locupletaremur; cui in ſæculi rebus nihil, niſi corpus fuit. Diſtinguit præterea judicii fieri hujus inopis Chriſti, ad damnationem eorum, qui injuſti in eum exiterunt, & vindictã aliorum pauperum, qui Dominum exemplo paſſionis ſequuti ſunt, ac ex contemtu ſæculi, & pecuniæ pauperes fuerunt; quoniam inferioris naturæ eſtis, qui debebat vindicari. Vindicari vero illos dicit, quorum ſub ara occiſorum ſanguis clamat, vindictam in impios poſtulans c, quique quotidie in gloria martyrii manentes, Dei nomini confitentur, ut habeitur in verſu ſequenti. Secundùm rem ipſam conſentit Rickelius, judiciumq; ac vindictã factam per exercitum Romanum ſub Veſpaſiano ac Tito: Arnobius in partem deteriorem inopes pauperesq; videtur accipere: nam explicat, quod faciet Deus judicium in opum eorũ qui ſimpliciter incurrunt, & inopia ſenſus fatigati, univerſos cibos hæreſeos in eſca percipiunt; multo autem magis illorum, qui tales eſcas eſurientibus tradunt, & pregerea qui cibo ſalubri non reſicuntuoſe ſtimulo comminationis excitari potiſſimum Catholicos Doctores, qui ſi alios reficerent, hæretici ſurripere non valerent, nec mortales cibos porrigere. Citat querimoniam Dei de malis paſtoribus apud Ezechielem d.

Cognovi.) Hieronymus, *ſcio*: cujus translationis meminit quoque Chryſoſtomus, hoc eſt, verbi Græci in præſenti tempore, γινώσκω, pro ἔγνων. Nihil refert: omittitque omnino hoc verbum Apollinarius. Chaldaicè, *propterea conſtat mihi*. In alio pſalmo e, canitur, quod *cognoſcetur Dominus judicia faciens*. Hoc facturum Deum cognoviſſe, aut cognoſcere ſe affirmat Propheta.

Quia faciet Dominus judicium.) Hieron., *cauſſam* דין *din*, quod proprie ſignificat judicium, & quidquid ineſt in cauſſa dijudicanda Judicium hoc ſit à Deo, totaque Trinitate, ſecundùm primariam auctoritatem; ſecundùm adminiſtrationem à Chriſto, cui Pater dedit omne judicium, quia filius hominis eſt f *conſtitutus judex vivorum & mortuorum* g, ſecundùm aſſeſſionem, ab iis juſtis, quibus eam Chriſtus promiſit h; ſecundùm comparationem, etiam ab injuſtis, reſpectu magis injuſtorum, ut à Ninivitis, Reginaq; Auſtri i.

Inopis.) In Romano Pſalterio, & Ambroſiano, apudque Arnobium & Caſſiodorum, *inopum*. Apud Auguſt. & in vetere Pſalterio, *egentis*. Numero plurali eſt nomen πτωχῶν, in Complutenſibus, Regiis & aliis Bibliis, atque ſic videntur legiſſe Græci Enarratores, & diſerte Apollinarius. Hebræum עני *bboni*, ſignificans etiam afflictum, numeri ſingularis eſt: ac in hoc numero vim fieri ab Hilario monui pro Chriſto. At ſingulare collective crebro ponitur pro plurali. Quod autem Hilarius notat, ad allegoriam pertinet. De omnibus autem iſtis egimus alibi; nec arbitror hæc, & quæ ſunt in ſequenti membro de voluntate, pauperibus, aut qui juſti ſunt, accipi; ſed qui inopia, & paupertate afflicti, ſunt etiam ab aliis vexati. Nam & honorum Deus providentiam habet, quam vis aliunde ſint fortaſſis imbrobi.

Et vindictam pauperum.) Hieron. *& judicia pauperum* quam vis numeri ſit ſingularis, משפט *miſpat*. Legit etiam Papa Stephanus I. k ſed absque conjunctione, *ſcio quia facit Dominus cauſſam inopis, judicia pauperum*. Pro vindicta, quæ Græcè hic eſt δίκη vetus Pſalterium, & Auguſt. habent *cauſſam*, quam poſuerat Hieron. in priore membro. Dixi vero docuiſſe Hilarium, vindictã nõ fieri niſi pro naturæ inferiori, ac proinde non pro ino. pe intellecto per Chriſtũ, ſed pro aliis pauperibus. Deus reſerva vit ſibi vindictam l, habens eam; ſive δίκην, ut in extremo fere libro de mundo, qui tribuitur Ariſtoteli, extat, comitem iuſtitiæ præſidem, fuæq; legis vindicem. Sed ipſemet ſeipſum vindicare cẽſetur, non tantum vindictam exercere pro natura inferiore. Joas Gedeonis pater, pro filio, quem cultores Baal volebant interficere, quia deſtruxerat aram Baal, lucumq; ſuccideram, reſpondit, *Si Deus eſt, vindicet ſe de eo* m: ex hoc reſponſio cognomen Jerobaal acceſſit Gedeoni n. *Jachor teſtimonium dedit, quod ulciſcatur ſe Deus Iſrael de inimicis ſuis* o in verſ. 15 Deus ipſe verus apud Eliaiam p, ait, *Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis*. Jeremias q item & Ezechiel r ſcribunt, à Deo ſumi vindictam, ultionemque de inimicis ſuis: ac ille ſquidem appellat *ultionem Domini*, & *ultionem templi ſui*. Denique ſimpliciter cognominatur Deus *ultionum Dominus* t. Sed nec videtur negandum, pios, ac zelantes zelum Domini cenſeri divina injurias vindicare verbo, ſcripto, facto, ut quom dicuntur *præliari prælia ejus* u. Deo imprimis, maximeq; commẽdata cura, & vindicta perſonarum omnium depoſitarum, ut ſæpe præcedentes pſalmi nos docuerunt. Commendatio etiam Samuelì filio mater, ut *aperiat os ſuum, & decernat quod juſtum eſt, & judicet inopem*, & *pauperem*: x *Deus autem ſtans in medio deorum*, ideſt, Judicum, præcipit eis, *ut judicent egeno, & pupillo, humilẽ & pauperem juſtificent, eripiant pauperem, & egenum de manu peccatoris liberent* y. Precatus demum eſt, & vaticinatus pro filio, & de filio ſuo David, actu ſpecie pro Chriſto, & de Chriſto, *judicare pauperes in judicio, & ſalvos facere filios pauperum* z.

verſ. 14.) Verumtamen juſti confitebuntur nomini tuo, & habitabunt recti cum vultu tuo.

HOc etiã cognoviſſe ſe aſſerit, ac exploratum habuiſſe, fore, ut cùm fecerit Dominus judicium inopis, & vindictam pauperum, tunc juſti celebrẽt alacrius nomen, & laudes Dei, atque tum potiſſimum aſſidue ipſi miniſtrent, & compareant ante conſpectum illius, cum ſacrificiis, muneribus oblationibus in templo Vult etiam dicere, quidquid ſit de illo judicio, vindictaque divina, & ſive ſtatim contingat, ſive differatur, juſtos nihilominus Dei nomen laudaturos, & quæcumque decernet approbaturos, perpetuo autem præſentiam ejus ante mentis oculos propoſituros, atque illius auxilio, à quo toti pendebunt; ac proiectione fruituros; Hoc per analogiem pertinet ad electos, qui & hic nomini Domini confitentur, gloriam ei deferendo pro gratia ab eo accepta; & ex hac vita erepti, in ſæcula ſeculorum, ſicut & in æternum habitabunt in domo Domini, & cum vultu ejuſdẽ, quem clare videbunt, & *adimplebuntur lætitia cum vultu illius* a. Rickelius applicat hunc locum ad Chriſtianos, qui Romani exercitus in Judęam inſtante adventu, admoniti ſunt ab Angelo inde egredi, & introire in regnum Agrippæ conſonderati Romanorum.

Verumtamen.) Hieronymus, & Hilarius, *attamen*. Aſſertive ſumi poteſt, ut אך *ach*, & πλὴν. Chaldaicè, מבר *beram, profecto*. Vel ſignificat hoc loco idem, quod tantummodo, & ſimilia. Vel, ut Chryſoſtomus indicat adverſativè ponitur, valetq; *cæterum*, & alia hujuſmodi. Occurrit iſta particula jam ſæpius in aliis pſalmis.

Juſti confitebuntur nomini tuo.) Hæc phraſis quoq; crebra eſt in pſalmis, & laudis confeſſionem importat, & gratiarum actionem, non exigendo rationem eorum, quæ Deus facit, ſed omnia in partem meliorem accipiendo, ut Chryſoſtomus notat, hoc eſſe, vel maxime juſtorum, perpetuo & in omnibus gratias agere. De hoc egimus alibi.

Et habitabunt recti cum vultu tuo.) Addita eſt conjunctio, quam omiſit etiam Pſalterium vetus, & Auguſt. uſurpando, *inhabitabunt*. Hilarius, & *habitabunt cum, facie tua*. Hieron. b monet ſuperfluam eſſe conjunctionem. Detracta eſt à correctis Bibliis Græcis. Sed juvat potius appoſita ſententiam. Aquila vertit, κατοικήσουσι, *ſedebunt*. Symmachus, διατρίψουσι, *permanebunt*, & παροικήσουσι, *apud vultum tuum*. Chaldaicè, *revertuntur recti, ut orent coram te*. Indicat hæc translatio, reditum captivorum in templum, atque tabernaculum ubi peculiari modo præſens Deus exiſtimabatur, & ibi ille *abſconderet ſuos in abſcondito faciei ſuę* c. Trevero id placet. Lyranus exponit, *habitare cũ vultu Dei*, qui ſtudiũ ei placere. Alias duas interpretationes antea poſui tũ de perpetua

a Joan. 6. 15

b Pſ. 50. 10. & Joan. 3. 29.

Rarius rariſſe nocet quam eſſe loquutum.

d Plut. in de repugnant.

e Ser. 3. apud Auguſt.

f Lib. 1. c. 15. Importunũ vitium loquacitas.

g Prov. 16. 19.

h Prov. 8. 13. & 18. 8. Eccl. 5 17. cap. 6, 1, 6 28. 15. 1. Tim. 7

k Dialog. 1. contra Neſt. 1 cap. 2. 4

m Eccl. 28 31.

n cap. 19.

o Matt. 8. 12 cap. 22, 13. c. 25. 30

p cap. 25. 46

q cap. 5. 22.

r Jer. 16. 16 Mat. 4. 19

s Citat ab Aug. Caſtro Aer libr.

t Mat. 10. 2

u Eſth. 3. 15 cap. 2. 14

x cap. 6. 12. 2. Paral. 26. 20

a Pſal. 15.

b cap. 135.

c pſ. 30. 21.

tua dependentia à nutu, voluntate, providentia, cura, protectione divina; tum de clara, & beatifica ejusdem visione. Hoc est *Permanere in æternum in conspectu Dei a*; & ut dixi, *abscondi in abscondito faciei ejus b*; *adimpleri lætitia cum eodem vultu c*; *habitare in adjutorio Altissimi, & in protectione cœli commorari d*; *habitare in tabernaculo illius, e*; *& in domo ipsius f*; *non projici à facie Dei, oculorumve ejus g*; *sed quærere illam semper h*; *providere Deum in conspectu suo semper i*; *in justitia apparere conspectui Dei k*; *meditationem cordis habere in conspectu illius semper l*; *confirmari à Deo in conspectu ejus m*; *lætificari à Deo in gaudio cum vultu ipsius o*.

a psf 60. 8.
b psf 30. 21
c psf. 15, 10
d psf. 90. 1.
e psf. 14. 1
f psf. 83. 5
g psf. 30. 23
psf. 50. 13.
h psf. 10. 4.
i psf. 15. 8
k psf. 16. 16.
l psf. 18. 23.
m psf. 40. 13.
n psf. 118. 68.
o psf. 90. 7

PSALMUS

CENTESIMUS QUADRAGESIMUS.

1. Psalmus David.

DOmine clamavi ad te, exaudi me: intende voci meæ, quum clamavero ad te.

2. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo; elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.

3. Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labiis meis.

4. Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis.

Cum hominibus opnrantibus iniquitatem: & non communicabo cum electis eorum.

5. Corripiet me justus in misericordia, & increpabit me: oleum autem peccatorie non impinguet caput meum.

Quoniam adhuc est oratio mea in beneplacitis eorum: 6. absorti sunt juncti petræ judices eorum.

Audient verba mea quoniam potuerunt: 7. sicut crassitudo terræ erupta est super terram.

Dissipata sunt ossa nostra secus infernum: 8. quia ad te Domine, Domine, oculi mei: in te speravi, non auferas animam meam.

9. Custodi me à laqueo, quem statuerunt mihi: & à scandalis operantium iniquitatem.

10. Cadent in retiaculo ejus peccatores: singulariter sum ego donec transeam,

---

Titulus, & Argumentum.

Psalmus David.

Titulus, VALDE simplex, & communis titulus caret difficultate, & innuit clare auctorem hujus psalmi Davidem: quamvis omnes, qui libro isto continentur, deniverimus ab eo compositos *p* esse, etiam in quibus tituli nomen illius non gerunt. Argumentum fere omnes huic psidem affingnant, quod præcedenti. Volunt præterea multi hanc à Davide orationem editam, quando ipsum Saul vexabat. Nam petit potissimum, ne calumniis adversariorum calumnias rependat; nec adversus Deum ipsum, qui has in eum persecutiones permittit, ipse obmurmeret, vel è corde patientiam ejiciat, novis peccatis vetera, quæ hujusmodi pœnam commeruerunt, cumulando. Prædicit denique supplicium iniquis persecutoribus, suam vero liberationem. Addunt Cajetanus, Placidusq, Parmensis, agere Davidem de sua ad Philisthæos, & orare ut vitare possit peccatum linguæ, ac ne in illa regione serviat idolis; exponere etiam rationabiles fugæ causas, quodque non recusset corripi, & castigari à viro justo. August., ut solet, ad Christum refert, quæ hic dicuntur, & illa, quæ Christo convenire secundùm se spectato nequeunt, interpretatur tamen ab ipso dicta tamquam à capite pro membris. Valentia vult orari à Christo, ut Pater acceptet orationem, ac passionem suam: deinde pro membris secundùm conditiones, ac status omnes; tertio Davidem prædicere tyrannorum, atque Gentilium conversionem; tandem rogare pro sua resurrectione. Videtur extendenda materia psalmi, præsensque oratio ad quemlibet justum, juxta eum ipsum modum, proportione servata, qui Davidi convenit, nominatim vero postulari linguæ custodiam, quæ tantopere necessaria est ad perfectionem, & circa quam Lyranus & Aygunus notant Davidem aliquoties peccavisse. Queritur Chrysostomus ignoranti sensum psalmi obscuri, nec vim sententiarum ejus quæri, sed canentes curare sola verba, thesauro assidentes absconditio, obsignatam crumenam circumferentes, illius obscuritate, ac difficultate non excitatos, puritate & limpiditate istius quasi fontis non allectos; neque ceu floridi prati, & odoriferi amœnitate, ac suavitate provocatos: Deniq; ut attentiores reddat lectores, aut auditores suos, testatur non temere decretum fuisse à Patribus, ut hic psalmus diceretur quotidie, non quia in eo mentio sit vespertini temporis sacrificiive *q*, quoniam & alii psalmi *r*, meminerunt de eodem, aut simili tempore. Caussa, inquit, est, quia est tamquam salutare aliquod pharmacum, & peccatorum piaculum; ut quæcumque sordes, aut maculæ fuerint à nobis toto die susceptæ, dum vel in foro, vel domi, vel quocumque alio loco versamur, eas quum ad vesperum pervenerimus, per spirituale hoc carmen abstergamus, quia est, inquit, medicamentum, quod delet hæc omnia. Subdit comparationem cum psal. 62. quem vocat matutinum, & asserit accendere in Deum desiderium, & animum excitare; & postquam valde inflammaverit, & magna repleverit lætitia & charitate, ita permittere accedere. Nunc non video alium usum istius psalmi esse in Ecclesiastico Officio, quam ad Vesperas feriæ sextæ, & eas, quæ recitantur in Cœna Domini, & in Parasceve. Annumerat Athanasius *s* psalmis illis, qui colloquia cum Deo, preces, obsecrationesque complectuntur: præterea qui serviunt iis, quibus opus est precibus, propter adversarios, eosq; qui circundant animam.

Tempus quo psalmus frequentatur ab Ecclesia *ad Marcel.*

Versf. 1.) Domine, clamavi ad te, exaudi me, intende voci meæ, quum clamavero ad te.

CLara satis sententia, similes non paucas habens in Psalterio toto; Cupit vero clamans non magis ore ac voce, quam affectu, & corde, ut Deus cito exaudiat, & nunc, & quoties eodem pacto clamaverit. Clamorem cordis, & affectus magis, quam vocis, & oris, Hilarius, & ceteri optime declarant, nosque ipsi alias ostendimus. Omnium Sanctorum, ait Hilarius, fidelis oratio, clamor est Deo. Affert exemplum in Moyse, cui Deus *t*, *Quid clamas ad me?* in Martyribus, quorum indignitas necis Deo clamor est, sicut Deus ipse de sanguine Abel dixit *u*, & Joannes scripsit *x subtus altare audivisse se clamantes voce magna animas interfectorũ propter verbũ Dei, & propter testimonium, quod habebant, ut vindicaret Deus sanguine ipsorum.* Concludit demum, si non humilia, nec terrena, nec corporalia fidei oremus, tacens licet oratio nostra sit, Deo clamorem esse. Eadem perstringit vocatus Hieron. August., aurem, Cassiodor., & alii observant in præterito, & futuro, quod scilicet clama visse se dicat Propheta, & clamaturum, perseverantiam orationis; nec finiri debere clamorem, quia non finitur tribulatio. Neque ullum tempus à culpis est vacuum. *Non impediatis orare semper*, inquit Sapiens *y*. *& ne verearis usque ad mortem justificari; quoniam merces Dei manet in æternum.* Quasi dicat, oratione acquiri justitiam, & meritum æternæ vitæ, ut idcirco perpetuam oporteat hic esse quia, inquam, semper justiores fieri possumus, & præmiũ æternum est. Affert August. exemplum Christi, qui oravit, & quum oraret, globi sanguinis de toto corpore ejus distilla verunt *z*: quod Martyrum de tota Ecclesia passionem designabat. Notat Cassiodor. quod hic, & sequenti versu orationes quadrifariam geminantur, quia sancto viro tantæ rei nulla poterat esse satietas, utpote cùm oratio à culpis liberet, Judicis animum conciliet, delicta mundet. Chrysostom. accuratior hic est in explicando clamore cordis. Docet vocis intentionem non requiri: cum parva: exiliique Moyses prædixit fuerit, tardæque, & impeditioris linguæ *a* tamen exauditus magis omnibus, etiam tacens *b*, à Deo; ut & Anna *c*: Judæi autem clamantes plusquam omnes, axauditi non sint *d*, quum bonitas vocis inter adiaphora computetur, & sceleratis concedatur; quemadmodum pulchritudo Absalon *e*; quum calvus esset Elisæus, eoque nomine rideretur *f*. Deinde ait, clamorem internum, sive cordis inflammati, & contriti exigi, qui non finat oscitare, & alia divertere: atque ut quemadmodum, qui clamat, omnes vires suas haurit, ac totum corpus intendit, sic qui corde clamat, mentem totam, & animam convertat ad Deum. Vocat Nicephorus κραυγὴν τὴν κρυπτὴν hunc clamorem, τὴν ἐν ἀνωμάτοις πρὸς Θεὸν γινομένης ἐντεύξεως, *intentionem orationis ad Deum*. Bonaventura distinguit clamorem laudis, quem Angeli edunt in cœlo; devotionis in deserto, quem Moyses edidерit: necessitatis filiorum Israel in Ægypto; iniquitatis Sodomæ, & Gomorrhæ: nec alia deesse membra, si liberet addere. Neque vero satis quæ probare Ayguani responsum ad quæstionem, utrum sit prius, nos orando clamare ad Deum, vel à Deo exaudiri: illud prius esse, quoniam clamoris nostri caussa ex exauditio Dei: & ideo oramus, quia inspirat voluntatem orandi; nec inspiraret, nisi prius exaudiret; hoc etiam sibi velle alterius Psalmi *g* verba, *Ego clamavi, quoniam exaudisti me, Deus*: tandem quia omnis actus Dei est æternus, nostet temporalis. Prosecto, qui audit verbum *exaudiendi*, non potest non concipere prius esse alium, qui petat, & exaudiri velit. Quando inspiratur orandi voluntas prima, non potest exauditio proprie dici, quum nulla præcesserit oratio. David in eo alio psalmo clamavisse se dicit iterum, quia exaudiverat Deus, quum jam antea videlicet clamavisset. Quod actus Dei sit æternus, non refert: confideramus enim ordinem effectuum, non ipsos Dei actus immanentes. Prior quidem inspiratio est, ut ores, quam oratio tua; sed posteriorem istius orationis exauditionem necesse est esse.

Dominè.] Apud unum Euthymium lego replicatum κύριε, κύριε: nec puto lectionem probam esse, quoniam semel tantum id nomen habent editiones omnes ac enarrationes.

Clamavi ad te) Vim habet Græcum ἐκέκραξα, de quo alias, onomatopœjam crocitationis corvinæ.

Exaudi me.) Hieronym. *festina mihi*, ideſt, ut exponit Treverius, auxilium festinum mihi impende. Alii, *festina*, vel *propera ad me, ut succurras*. In Psalmo 69. *b*, *ad adjuvandũ me festina* לְעֶזְרָתִי חוּשָׁה *lehhazrathi chuschah*. Ubi ut imum vocabulum est idem, quod hoc loco habetur, & significat non solum *festinare properare, accelerare*, sed etiam *sentire, & sensibus obstetari*. Unde חוּשׁ *chus, sensus*. Ut sit mirum, si hoc loco expositum sit per *exaudi*. & προσχωρεῖν. Hispanum, *escuchar sono*, & significatione simile est.

Intende voci meæ, quum clamavero ad te.) Hieron *exaudi vocem meam clamantis ad te* Hebraicè הַקְשִׁיבָה לְקוֹל שַׁוְּעִי *hekeschibah lecol schaveathi, in clamare me ad te*, seu *in invocare me ad te*. In Romano Psalterio, & Ambrosiano, quod & Hilar. & Cassiod. *voci orationi meæ*. In Psalterio vetere, atq; apud August. *voci deprecationis*. Græcè ἡ φωνὴ τῆς δεήσεως μου Ex Psal. 50. fortassis nomen *orationis* huc tranſcriptum est, *intende voci orationis meæ*: ibi enim eadem sunt Græcè, quæ hic Hebraicè, nomen cum affixo, ut רַ לְקוֹל *lekol voci*, est שִׁוְּעִי *schiavathi*; verbum הקשׁיבה *hakschivah* hoc loco בַּאֲזִנָּה *baazinah, auribus percipe*, & ut Hilarius quandoque dicit, *in aurire*. De modis hisce loquendi alias egimus. Nostim cum Brunone vim ponere in hoc, ut intendere Deus oretur, intensum se facere, ac intense conferre, quod intense petitur. Melius creditus Hieronymus observat, qui petit à Deo, ut intendat, ideſt, diligenter audiat, significare se non petere corporali desiderio aurum, aut tale quid alienum, sed misericordiam.

Versf. 2.) Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: elevatio manuum mearũ sacrificium vespertinum.

Sensus loci. VEl explicat, quid petat, vel potius, ut ex Cassiodoro antea retulit, duobus adhuc modis orationis affectum declarat, quæ nimirũ elevatis usurpari manibus solebat, & quam cupiat exaudiri, & gratam acceptamque orationem Deo esse, videlicet quam erat illi gratum thymiama offerri solitum in templo ex præcepto Dei *i*, & agni mactatio, quæ fiebat tempore vespertino. Offert exul, ac proculà tabernaculo pro sacrificio, & oblatione, vota, precesque, quemadmodum Daniel captivis, quum deesset holocaustum, sacrificium, oblatio, incensum, locus primitiarum, flagitabat, ut *in animo contrito, & spiritu humilitatis susciperentur, & sicut in holocausto arietum, & taurorum, & sicut in millibus agnorum pinguium, sic fieret sacrificium eorum*, constans ex votis, precibusq; *in conspectu Domini K*. In his typum Christi, ac præsertim in secundo, quantum ad sacrificium Crucis vespere peractum, agnoscunt Enarratores, maximè Latini. Quod attinet ad incensum, consentiunt omnes innui illud, quod adolebatur in altari aureo, quod et iam cognominabatur altare incensi, sive thymiamatis. Constabat ex quatuor aromatum generibus, thure, galbano, onyche, staCte, in maximam subtilitatem comminutis, ut loquitur Hilarius. Qui observat, cum Joannes *l* incensa, odoreve asserat esse orationes Sanctorum, ad quatuor genera orationum, de quibus Paulus *m*, applicari posse ad precationes, orationes, postulationes, gratiarum actionis; quoniam humilitatis nostræ est deprecari; magnificentiæ Dei orari; fidei postulare; confessionis & laudis gratulari. Ait præterea, quod species quatuor elementorum designari possunt per eosdem odores: nempe per thus pellucidum spiritus, ideſt, aer, per staCtem aqua; per galbanum terra; per onychen ignis: ut per hæc omnium, quæ in cœlo, & infra cœlum, & in terra, & in aquis sint placita Deo, incensi modo hæc offeratur laudis oratio. Hoc incensum, thusve offerendum præcipit Bernardus *n*, cum auro contemtus mundi, & afflictæ carnis myrrha; sicut tria illa Magi obtulerunt, quę aliter alii accipiunt. Recta tendit vera oratio ad Deum, talibus composita odoribus, vel fide, spe, charitate, humilitate, in intima templi nostri parte, hoc est, in mente emissa, & super altare aureum bonæ voluntatis, & fervoris igne accensa, & per *Jesum Christum* summum Sacerdotem, cujus unius erat offerre peculiare quoddam thymiama *o*, oblata. Prodiderunt nonnulli Hebræorum, declarasse Deum sibi Abelis placere sacrificium, quoniam ascendebat fumus recta in cœlum, velut virgula, vel columna, vel palma: super sacrificium vero Cain spargebatur. Ambrosius *p* disputans de manna, cur esset minutum quid, & subtile, inter alia exempla, quibus id explicat, hoc affert de thymiamate, cujus & nomen Græcum notat hic esse, ut & in Apocalypsi *q*, ubi dicuntur thymiamata multa (incensa data Angelo) cum thuribulo. Verissime dictum, quod jactantia habet gravelentiam oris seipsum prædicantis; ut sit suavis, & grata oratio Deo, proficiscì eam ab humili corde oportet, quod veluti tenuem, subtilemq; reddat orationem, quoniam *humiliantis se oratio penetrat nubes r*; superbus autem *ponit mendacium, & transeat oratio s*. Gregorius *t montem* quidem *myrrhæ* ex Canticis *u* forte altitudinem mortificationis intelligit in opere; per *collem* vero *thuris* altam humilitatem in oratione. Addit præterea *x*, quod fumus de incenso nascens, & lacrymas excutiens, est compunctio orationis concepta ex virtutibus amoris. Exigitur hujusmodi oratio potissimum ab his, quibus conceditur edere panes propositionis, super quos *thus lucidissimum* ponebatur *y*, hoc est, ab iis, qui ex proventibus vivunt Ecclesiasticis. Idcirco tam sæpe inculcant isti in Officio Ecclesiastico, *ut dirigatur eorum oratio, sicut incensum in conspectu Domini*. Certe *regiones gentium dedit illis Deus*, & voluit possideri ab ipsis, *labores populorum, ut custodiant justificationes ejus, & legem ejus requirant z*. Ceterum, si non incensum, sed mordacissimus absque, ait Chrysostomus *a*, ac graviter olens fumus ascendat, quibus suppliciis dignus *erit?* Invebitur in eos, qui ad formas mulierum aspiciendas, ad adolescentulorum pulchritudinẽ curiosius intuendam in Ecclesiam veniunt, & fulminibus, ipsoque gehennæ supplicio dignissimos affirmat. Suadeo, ut locum evolvas totum. Huc revocari potest usus thuris inter sacra, & Ecclesiastica officia, de quo Joannes Stephanus Durantus *b*, & Alexander ab Alexandro *c* Romanos usos demõstrat in triumphis thymiamate thuris, & odorum copia exhalante. Jam vero sacrificium vespertinũ fiebat olim ex agno quotidie, ut & matutinum, ut Josephus *d* meminit, præter sacram Scripturam *e*, simul etiam offerebatur cum similia incensum, & adolebatur *f*. Quamvis porro indiscriminatim de vespertino mentionem factã & non de matutino, dici posse, Chrysostom. dicat, quum si matutinum expressum esset, quæri etiam potuisset, cur non

i Exod. 30. 25 & segq.

Tymiama ex quibus aromatum generibus constiterit.

k Dan. 3. 40.

l Apoc. 5. 8 cap. 8. 3. 4
m 1 Tim. 2. 1 Philip. 4. 6

n Serm. 1. de Epiphan.

o Levit. 16. 12.

p Epist. 82

q cap. 8. 3. 4

r Ecc lesiast. 50. 21
s Thren. 3. 44
t in Cant. 4
u ca. 4. 6

x humil. 22 in Ezech.

y Levit. 24. 7

z psf. 104. 45

a homil. 74 in Matt.

b de ritibus Eccles. c. 9
c lib. 6. ca. 6
d lib. 3. antiq. cap. 12
e Exod. 29. 41 Num. 28. 5
4 Reg. 16. 15
1 Esdr. 9. 4. 5
f Levit. 6. 13